



XI. 1 <sup>8</sup>/<sub>3</sub> Q.

(cat. 4, 22-33<sup>b</sup>)

32

ORDINIS MEDICORVM  
IN VNIVERSITATE LIPSICA

H. T.

PROCANCELLARIVS  
D. ANTONIVS GVILIELMVS PLAZ

1778

THERAP. P. P. O. FACVLT. MED. DECANVS ACAD.  
ET NATION. SAXON. SENIOR, DECEMVIR, MAIOR.  
PRINCIP. COLL. COLLEGA, ACAD. IMPERIAL.

NATVR. CVRIOS. SOCIVS

PANEGYRIN MEDICAM

AD. D. XXV. SEPT. A. R. G. MDCCLXXVIII.

INDICIT

---

DECANORVM

FACVLTATIS MEDICAE LIPSICAE

SERIES CONTINVATA.

31



CLAVDIANVS de Consulatu Mallii Theodori. v. 144.

*Sic meritis magnis redeunt, actusque priores  
Commendat repetitus honor.*

---

3

---

**V**t perennior esset apud posteros, Decanorum Facultatis medicae Lipsicae memoria, AVGVSTVS QVIRINVS RIVINVS, Ordinis medicorum quondam Decanus, anno seculi huius XIX. successor BOHNII constitutus, peculiari Programmate, isthoc anno edito, vniuersam Decanorum, ab anno MCCCCXV. quo nostra fundata fuit Facultas, ad sua vsque tempora sese excipientium seriem, non sine magna industria et accuracione consignauit; quo laudatissimo studio excitatus, istam seriem per quinquaginta et quod excurrit annos, ad meam vsque aetatem persequi, atque successorum RIVINI nomina, et memorabilia potiora, ex aduersariis Ordinis nostri studiosius collecta, tradere constitui, cum neque iniucundum, neque inutile fore existimarem, viro- rum, de vniuersa academia, atque Ordine inprimis nostro optime meritorum memoriam, tabella quadam synoptica recolere, amplificare, commendare. Quod, vt commodius fiat, potissimum, cum RIVINIANVM illud Programma, ante hos propemodum sexaginta annos editum, in paucissimorum forte manibus esse possit, sola Decanorum priscorum nomina, vario varioque modo passim scripta, patriam praeterea, atque natales et emortuales dies, qui constiterunt, breuissimis iterum commemore lubet; de primis enim Decanis pauca notuerunt.

I. GERHARDVS AB HOHENKIRCH. *Saxo.*

In matricula Facultatis Philosophicae, *M. Gerbardus Hobenkerck* dictus; in matricula Rectorali *Gerbardus Hobenkirche*; in Statutis Facultatis nostrae *Gberardus Hogkenkerke*; falso hinc in Vogelii Annalibus Lips. atque in Schneideri Chronico Lips. *Eberbardus Hobenkirch* appellatus.

Decanus primus constitutus 1415. d. 10. Iul. obiit 1429.

## II. HELMOLDVS GLEDENSTEDE.

In matricula Rectorum atque Facultatis Philosophicae, *Helmoldus de Zoldwedel* scriptus, a patria, in Marchia Brandenburgica; in Statutis Facultatis nostrae *Helmoldus Zoltwedel*, item *Helmoldus de Gledenstede, de Zoldwedel*; in matricula Rectorali de anno 1416. *Helmoldus Gledenstede de Saltwedel*.

Decanus 1429.

Hoc Decano, prima promotio Doctorum anno 1431. d. 9. Oct, in templo Nicolaitano celebrata fuit. Primus Candidatus fuit *Jacobus Meseberg*, Stendalensis, *Gledenstedii* postmodum successor factus.

obiit 1441.

III. IACOBVS MESEBERG. *Stendalensis.*

Dicitur etiam *Jacobus Stendel*, in matricula Facultatis Philosophicae, a patria, in Marchia veteri; in Statutis Facultatis nostrae, *Jacobus Metzborch de Stendel*, nec non *Jacobus Meseberch de Stendal*.

Decanus 1441.

obiit 1463.

IV. IOANNES SCHIPNITZ. *Weydensis.*

Dicitur *M. Iobannes Weyda* in matricula Rectorali, et in Statutis Facultatis nostrae; in epitaphio, quod in sacello Nicolaitano est, legitur *M. Iobannes de Weida*.

Decanus 1463.

obiit 1484. d. 17. Sept.

V. VALENTINVS BECKE, cognomine *Schmidburg*.

a patria, Schmideberga Saxonum.

Dicitur quoque *Valentinus Becke de Smedeberg*, in matricula Rectorali et Philosophica; it. *Valentinus de Smydberg*.

Decanus 1484. iuris praeterea peritissimus, atque ab illius temporis Ordinario *D. Ioanne de Breitenbach* Candidatus iuris creatus.

obiit 1490. d. 29. Mart.

VI. IOANNES WAGH. *Halensis.*

In matricula Reſtorali *Ioannes Wack* dictus.

Decanus 1490.

obiit 1499. d. 3. Aug.

## VII. IOANNES WAGNER.

In matricula Reſtorali, Philoſophica, et Collegii Maioris Principum, *Ioannes Curriſcis*, it. *Iohannes Wenſcis de Landtſperg* in monumento ſepulcrali apud Stepnerum, nec non *Iohannes de Lantspergk*.

Decanus 1499.

obiit 1509. d. 6. Octobr.

## VIII. SIMON PISTORIS.

natus Lipſiae 1453.

Decanus 1509.

obiit 1523. d. 4. Febr.

aet. 70.

## IX. HENRICVS STROMER.

natus Aurobaci in Bauaria 1482. vnde etiam *Auerbach* appellatus fuit. Poſſeſſor fuit aedium, in platea Grimenſi haud procul a foro ſitarum, olim *Auerbachs Hof* dictarum.

Decanus 1523.

obiit 1542. d. 26. Nou.

aet. 60.

## X. GEORGIVS SCHILTELIVS.

Dictus etiam *Schitel de Hambach* in matricula Philoſophorum; it. *Schitel de Hanbach* in matricula Reſtorali; per errorem vero *Schitel Hambergensis* in Schneideri Chronico Lips. et Vogelii Annalibus.

natus Hambaci, in Palatinatu ſuperiore, 1470.

Decanus 1543. d. 10. Febr.

obiit 1545. d. 15. Iun.

aet. 75.

VI.

XI. SEBASTIANVS ROTH.

Dictus etiam *Rodt de Auwerbach* in matricula Reſtorali; it.  
*Rorb de Aurbach* in matricula Philoſophica; it. *Rort ex*  
*Aurbach.*

natus Aurobaci in Palatinatu ſuperiore, 1491.

Decanus 1545. d. 31. Aug.

obiit 1555. d. 20. Apr.

aet. 64.

XII. MARTINVS DREMBACH.

natus Lipſiae 1500. d. 4. Nou.

Decanus 1555.

obiit 1571. d. 17. Dec.

aet. 71.

XIII. WOLFGANGVS MEVRER.

natus Altenbergae, oppido montano Miſniae, in confiniis  
Bohemiae, 1513. d. 23. Mai.

Decanus 1571. d. 18. Dec.

obiit 1585. d. 5. Febr.

aet. 72.

Ex his nonnulli *Senatoria* atque *Conſulari* dignitate in ſi-  
mul eminuerunt; nempe *Iacobus Meſenberg*, anno 1441. in  
Senatum oppidanum receptus, atque annis 1450. 1453. 1456.  
1459. 1462. Conſulis regentis munere functus; *Valentinus*  
*Becke* anno 1470. Syndicus Senatus electus, *Simon Piſtoris*  
anno 1494. Senatoris atque Syndici munus ſuſtinuit; *Henri-*  
*cus Stromer* anno 1520. Senator electus fuit; *Martinus Drem-*  
*bach* anno 1566. et *Wolfgangus Meureus* anno 1570. eadem  
dignitate ornati fuerunt.

Facultatis vero artium Decani fuerunt *Iacobus Meſenberg*  
1431. die Sabbati ante Georgii; *Io. Schipnitz.* 1440. et 1444.  
die Sabbati ante Georgii, et *Wolfgang Meureus* 1540. ea-  
dem die.

XIV. SI-



## XIV. SIMON SCHEIBE.

natus Lipsiae 1521.

Decanus 1585. d. 7. Febr.

obiit 1597. d. 1. Oct.

aet. 76.

## XV. BALTHASAR GITLER.

natus Leobergae in Silesia 1525.

Decanus 1597. d. 3. Oct.

obiit 1616. d. 18. Dec.

aet. 91.

## XVI. CHRISTOPHORVS BRVNO.

Dominus hereditarius in *Groß-Poefzna*.

natus Doebelae 1556. d. 13. Iun.

Decanus 1616.

obiit 1619. d. 22. Febr.

aet. 63.

## XVII. SIGISMVNDVS SCHILLING.

natus Franckensteinii in Silesia, 1575. d. 24. Iun.

Decanus 1619. d. 26.

obiit 1622. d. 14. Ianuar.

aet. 44.

## XVIII. IOANNES GVINTHER.

natus Sorbigae 1577. d. 11. Apr.

Decanus 1622. d. 7. Febr.

obiit 1633. d. 5. Oct.

aet. 56.

## XIX. FRANCISCVS KEST.

natus Lipsiae 1583. d. 9. Nou.

Decanus 1633. d. 6. Dec.

obiit 1643. d. 21. Febr.

aet. 59.

## XX. IOANNES ZEIDLER.

natus Leobergae in Silesia 1596. d. 6. Aug.

Decanus 1643. d. 8. Iun.

obiit

- obiit 1645. d. 13. Nou.  
aet. 49.
- XXI. IOANNES MICHAELIS.  
natus Sufati in Westphalia, 1606. d. 10. Iun.  
Decanus 1646. d. 28. Mai.  
obiit 1667. d. 29. Nou.  
aet. 61.
- XXII. GODOFREDVS WELSCH.  
natus Lipsiae 1618. d. 12. Nou.  
Decanus 1668. d. 18. Ian.  
obiit 1690. d. 5. Sept.  
aet. 72.
- XXIII. MARTINVS FRIDERICVS FRIES.  
natus Merseburgi 1632. d. 20. Sept.  
Decanus 1690. d. 8. Sept.  
obiit 1700. d. 13. Aug.  
aet. 68.
- XXIV. IOANNES BOHN.  
natus Lipsiae 1640. d. 20. Iul.  
Decanus 1700. d. 17. Aug.  
obiit 1718. d. 19. Dec.  
aet. 79.
- unicus inter tot Decanos, Doctor semiseularis.
- XXV. AVGVSTVS QVIRINVS RIVINVS.  
natus Lipsiae 1652. d. 9. Dec. patre *Andrea*, Medicinae  
Doctore, atque Poeseos, posthac Physiologiae Professore  
P. O. matre *Catharina Elisabeta*, M. *Tilemanni Olearii*, Ar-  
chidiaconi Halensis filia.  
Baccalaureus Philosophiae 1670. d. 16. Apr.  
Magister 1671. d. 26. Ian.  
Doctor Helmstadii 1676. d. 15. Oct.  
Iura Doctoris nostri, Dissertatione consueta pro Loco  
habita indeptus 1677.

Facult. Med. Assessor 1688. d. 9. Iul.  
 Prof. Physiol. Ord. et Botan. Extraord. 1691. d. 31.  
 Mart. cui posteriori Professioni ad mortem vsque prae-  
 fuit.  
 Prof. Pathol. 1701. d. 12. Febr.  
 Senior Facultatis 1701.  
 Maioris Princip. Coll. Collega 1701.  
 Decemuir 1701.  
 Rector acad. 1699. die Galli, et iterum 1709. in ipsi-  
 jubilai tertii academici festiuitatibus.  
 Professor Therapiae et Decanus 1719. d. 13. Dec.  
 obiit 1723. d. 30. Dec.  
 aet. 71.

XXVI. POLYCARPVVS GOTTLIEB SCHACHER.

natus Lipsiae 1674. d. 26. Ian. patre *Christophoro Hartmanno*,  
 I. V. D. Facult. Iurid. Assessore, supremae Curiae prouin-  
 cialis et Consistorii Aduocato Ordinario, ciuitatis Senato-  
 re Praetorio; matre *Catbarina, Quirini Schacberi*, Senato-  
 ris aedilis, atque scholae Thomanae Curatoris filia.

Baccalaureus medicinae 1694. d. 7. Iun.

Magister Philosophiae 1695.

Iter literarium dein suscepit per Belgium, Galliam et  
 Anglicam.

Licentiatus medicinae 1696. d. 2. Oct.

Doctor 1696. d. 12. Nou.

Professor Anat. et Chir. extr. 1701. d. 14. Febr.

Professor Physiol. Ord. 1706. d. 3. Sept.

Facult. Med. Assessor 1707. d. 14. Mai.

Rector academiae 1719. die Galli.

Anat et Chirurg. Prof. Ord. 1719. d. 13. Dec.

Senior Facult. medicae 1723. d. 13. Iun.

Pathol Prof. Ord. 1723. d. 23. Iul.

Maior. Princip. Coll. Collega 1723. d. 30. Iul.

Decemuir 1724. d. 7. Iun.

B

Thera-

Therapiae Prof et Decanus 1724. d. 17. Apr.  
 obiit 1737. d. 4. Mart.  
 aet. 63.

**XXVII.** AVGVSTINVS FRIDERICVS WALTHER.  
 natus Vitebergae 1688. d. 26. Oct. patre *Michael*, [S. S.  
 Theol. Doctore et Professore Publ. Ord. matre *Anna Cae-*  
*cilia, Ioannis Deutschmanni*, S. S. Theol. Doctoris et Pro-  
 fessoris Publ. Ord. Vitebergensis filia.

Iter literarium suscepit 1709. per Germaniam Belgium et  
 Angliam, anno 1711. Vitebergam reuersus.

Magister Vitebergae creatus 1711. d. 21. Dec.

Iura magistri Lipsiensis disputatione publica promeruit  
 1712. d. 21. Mai.

Baccalaureus medicinae 1712.

Licentiatu et Doctor Vitebergae 1712.

Iura Doctoris Lipsici, consueta Dissertatione publica  
 adeptus, 1723.

Anat. et Chir. Prof. Ord. 1723. d. 23. Iul.

Assessor Facult. Medicae 1724.

Huic gratum habendum est, quod, cum antea As-  
 sessores Facultatis medicae, secundum seriem senii  
 Doctoralis, nullo Professionis respectu habito, reci-  
 perentur, nunc effecerit, vt generali clementissimo  
 mandato, Professionis iure, Facultatis Assessores con-  
 stituerentur.

Archiater diuae CHRISTIANAE EBERHARDINAE,  
 Poloniarum reginae, et consiliarius aulicus 1725.

Archiater diui FRIDERICI AVGVSTI I. Poloniarum  
 regis, Saxoniae Electoris 1728.

Rektor academiae die Georgii 1725. et 1737.

Minor. Princ. Coll. Collega 1727.

Ciuitatis Lipsicae Poliater 1732.

Pathol. Prof. Ord. 1732.

Maior. Princ. Coll. Collega 1732.

De-

Decemuir 1732.

Therapiae Prof. et Decanus 1737.

obiit 1746. d. 12. Oct.

aet. 58. stipendiis largissimis indigos medicinae studiosos solarus.

XXVIII. IOANNES ZACHARIAS PLATNER.

natus Chemnitii 1694. d. 16. Aug. patre *Zacharia*, mercatore et consule, matre *Anna Magdalena Schnorria*.

Iter literarium instituit 1717. vique ad annum 1719. per Germaniam, Heluetiam, Sabaudiam, Galliam, et Belgium.

Magister Lipsiae creatus 1717. d. 11. Febr.

Doctor Halae 1717.

Anat. et Chir. Prof. extr. 1721. d. 28. Febr.

Iura Doctoris nostri, Dissertatione consueta obtinuit 1724.

Physiol. Prof. Ord. 1724. d. 25. Aug.

Facult. Med. Assessor 1724. d. 27. Sept.

Rector academiae die Galli 1727.

Anat. et Chir. Prof. Ord. 1734.

Pathol. Prof. Ord. 1737.

Decemuir 1737.

Maior. Princ. Coll. Collega 1737.

Therap. Prof. et Decanus 1747. mense Februario.

obiit 1747. d. 19. Dec. asthmae subitaneo correptus. aet. 53.

XXIX. IOANNES ERNESTVS HEBENSTREIT.

natus Nauenhofii, prope Neostadium ad Orilam, 1702.

d. 15. Ian. patre *M. Ioanne Dauide*, illius villae Pastore, dein Archidiacono Neostadiensi, matre *Esthera Susanna*, filia *Güttneri*, Pastoris Luscauiensis. (*Lausig*)

Baccalaureus medicinae 1726.

Magister 1728. d. 11. Febr.

Doctor 1730.

Missus a diuo FRIDERICO AVGVSTO I. Polonia-  
rum rege et Saxoniae Electore in Africam 1731. ex quo  
itinere anno 1733. rediit.

Physiol. Prof. Ord. 1733. d. 20. Nou.

Anat. et Chir. Prof. Ord. 1737.

Pathol. Prof. Ord. 1747.

Decemuir 1747.

Maior. Princ. Coll. Collega 1747.

Therap. Prof. et Decanus 1748. mense Februario.

obiit 1757. d. 5. Dec. ex febre putrida, epidemice  
grassante.

act. 55.

XXX. SAMVEL THEODORVS QVELMALZ.

natus Freibergae Hermundurorum 1696. d. 11. Maii, pa-  
tre *Samuele Andrea*, Senatore, matre *Barbara Iustina*, *Da-  
nielis Lindneri*, Senatoris Freibergensis filia.

Baccalaureus medicinae 1722.

Magister Vitebergae 1722.

Iura Magistri Lipsici Dissertatione publica consecutus  
1723. d. 19. Aug.

Doctor 1723. d. 21. Aug.

Anat. et Chir. Prof. extr. 1726. d. 18. Ian.

Physiol. Pr. Ord. 1737.

Assessor Facultatis 1737.

Anat. et Chir. Prof. Ord. 1747.

Pathol. Prof. 1748.

Decemuir 1748.

Maior. Princ. Coll. Collega 1748.

Senior Facultatis 1753.

Therap. Prof. et Decanus 1758. d. 27. Ian.

obiit 1758. d. 10. Febr. simili qua *Hebenstreitius*, fe-  
bre putrida epidemica correptus.

act. 62. in studiosos medicinae egenos, stipendiis  
conditis munificentissimus.

## XXXI. CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG.

natus Bregae in Silesia, 1709. d. 30. Apr. patre *Georgio*,  
calceario, matre *Anna Elisabetba Koerneria*.

*Hebenstreitio* comes itineris in Africam factus, anno  
1731. anno 1733. reuersus

Magister 1735.

Doctor 1737.

Prof. medicinae extraord. 1740. d. 26. Sept.

Physiol. Prof. Ord. 1748.

Affessor Facultatis 1748. d. 28. Febr.

Rector academiae die Galli 1750. 1754. 1762. 1768.

Anat. et Chir. Prof. Ord. 1754. d. 2. Oct.

Pathol. Prof. 1758. d. 27. Ian.

Decemuir 1758.

Maior Princ. Coll. Collega 1758.

Therap. Prof. et Decanus 1758. d. 15. Mart.

Senior Vniuersitatis 1770.

obiit 1773. d. 7. Maii

aet. 64.

## XXXII. ANTONIVS GVILIELMVS PLAZ.

natus Lipsiae 1708. ipso anno ineunte; patre D. *Abrahamo*  
*Cbristophoro*, Consule ciuitatis primario cet. matre *Anna*  
*Magdalena*, D. *Bartbolomaei Leonbardi Schwendendoerferi*,  
Iuris Professoris Ord. Facultatis Iuridicae et academiae Se-  
nioris filia.

Ciuiibus academicis adscriptus 1723. d. 27. Mart.

Baccalaureus Philosophiae 1723. Term. Aduentus.

Magister 1725. d. 15. Febr. eodem anno habilitatus.

Baccalaureus medicinae, Lipsiae 1726.

Doctor Halae 1728. d. 18. Oct.

Doctoris Lipsici iura, dissertatione consueta nactus  
1733. d. 12. Iun.

Prof. Botan. extraord. 1733. d. 17. Iul.

Facult Med, Affessor 1744. d. 28. Dec.

Acad. Imperial. Natur. Curios socius. 1744.  
In Saxonicam nationem translatus et receptus 1749. d.  
5. Ian.

Botan. Prof. Ord. 1749. d. 23. Aug.

Physiol. Prof. Ord. 1754. d. 2. Oct.

Anat. et Chir. Prof. Ord. et Senior Facultatis 1758. d.  
27. Ian.

Pathol. Prof. Ord. 1758. d. 15. Mart.

Decemuir 1758. d. 18. Mart.

Maior. Princ. Coll. Collega 1758. d. 18. Mart.

Nationis Saxonicae Senior 1770. d. 8. Iun.

Post. L. annos denuo ciuibus academicis adscriptus Re-  
ctore Magn. BORZIO, 1773. d. 27. Mart.

Therap. Prof. et Decanus 1773. d. 27. Iun.

In soleenni panegyri Magisteriali 1775. d. 2. Mart. post  
L. annos Magister iterum renunciatus, Amplissimae  
Facultatis artium Decano spectatissimo, atque Pro-  
cancellario, AVGVSTO GVILIELMO ERNESTIO,  
iam Rectore Magnifico.

Rector academiae die Georgii 1753. 1757. 1761. 1765.  
1769. 1771. 1775.

Academiae Senior post obitum S. R. CRYSII 1775. d.  
18. Oct.

Doctor semifecularis 1778. d. 18. Oct.

Ex praestantissimis hisce viris, RIVINVM, SCHACHE-  
RVM, WALTHERVM, et QVELMALZIVM, fidelissimos  
mihi contigisse praeceptores, pius et gratus profiteor; nunc  
vero, cum ardentissimis pro totius academiae, atque Ord-  
nis nostri inconcussa incolumitate votis, ad ea, quorum  
causa haec praemittere lubuit, pergo.

Publice



Publice nempe commendandus est

V I R

CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS,

D O M I N V S

POLYCHRONIVS DEMETRIVS

MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS

qui ex optimorum praeceptorum scholis ita egregie profecit, vt post laudatissima probatissimorum studiorum specimina, Ordini nostro pluribus vicibus data, dignus, qui summis condecoretur honoribus, iudicatus fuerit. Qua vero ratione, et quibus ducibus, studiorum suorum emensus fuerit cursum, breuibus, vt moris est, significare conueniet. Ita autem ipse scripsit:

*Est prope Constantinopolin vrbs, ob mercaturam ibi florentem neque exteris nationibus prorsus incognita, cui Aucarju nomen, in qua anno huius seculi quinquagesimo, secundo patre DEMETRIO, mercatore, matre RHODINE natus sum. Prima literarum principia vt cognita mihi redderem, praecipua Optimorum Parentum, quos viuus etiamnum interesse impense laetor, cura erat; mittebar proinde, cum sanctissimae religionis praecepta, patriumque sermonem addidicissem, circa nonum circiter aetatis annum Constantinopolin, vt sub cognatorum auspiciis doctorum virorum ibi degentium, institutionem sequerer. Praecipuam autem in me erudiendo curam praeter alios, PARTHENIVS, Vir maxime venerabilis, adhibuit, quippe cui religionis, humaniorumque literarum vberiorum me debere cognitionem lubenter profiteor. Cum autem literarum amore ita tenerer, vt per totam vitam iis incumbere decernerem, neque tamen Constantinopoli commodam earundem persequendarum inuenirem occasionem, Iassyum, celeberrimam urbem, ex agnatorum consiliis, aetatis decimo sexto anno adii, variasque disciplinas ex doctorum virorum admodum famulari atque amica institutione haus. In sacris autem bibliis et Aristotelis quibusdam libris illustrandis, vt et in philosophia, historiaeque explianda GEORGII CRETICI, Viri Doctissimi opera vsus sum,*  
eam-

eamque admirabar, etenim hac omnino effectum est, ut anno seculi septuagesimo tertio Lipsiae, celeberrimae musarum sedis adeundae nanciscerer copiam. Qua de re amicis quibusdam mercaturae faciundae causae huc proficiscentibus adiungebar comes, cum iisque versus finem iam properante illo anno celeberrimae huius urbis moenia sum ingressus. Animadvertenti autem mihi, quantopere ad rite persequenda literarum studia consiliis opus haberem, hunc in finem Clar. *WEIGELIVM*, iuratum novae graecae linguae interpretem, et libris proclamandis ab *Amplissimo* Lipsiensis Academiae Senatu nuper praefectum, adii, simulque ab Eo petii, ut germanicae linguae fundamenta mihi redderet cognita, quibus deinceps iactis, Clar. *SCHMIDII* opera in excolendo latino, di *FRAPORTA* in italico et *PAIEN* in gallico sermone usus sum. Anno septuagesimo quarto, cum Magn. *ERNESTI*, P. P. O. academicos teneret fasces, in civium numerum recipiebar, publicasque et priuatas celeberrimorum huius academiae medicorum scholas frequentare incipiebam. Vi ne vtro illotis, quod aiunt, manibus ad medicinam accederem, philosophicis primum *Excell. PLATNERI*, physicis *Exper. LVDWIGII*, mathematicis *Ampl. BORZII*, Clar. *ZWANZIGERI* et *Doctiss. RIEDELII* collegiis sedulo interfui *S. R. BVRSCHERO* philosophicae, *Ampl. LESKIO* autem naturalis historiae cognitionem debeo. Praeterea quoque *Ampl. FVNCCIO* stellarum cognoscendarum artem tradenti, *ERNESTIO*, Magnifico h. t. Reſtori, Suetonium explicanti, et *Ampl. ZEVNIO*, iam apud *Vitebergenses* P. P. O. *Celli* de medicina libros illustranti, priuatasque disputationes dirigenti, adsedi. Iam, cum ad frequentanda medicorum collegia aptiorem me hoc modo reddidisset, *Exper. LEONHARDI* Iun. scholas chemicas, physiologicas, pharmaceuticas, de materia medica, formularumque praescribendarum arte adii, ob Eoque ad chemicas, physiologicasque quaestiones respondendo tentatus fui. *Exper. REICHELIVM* formularum concinnandarum regulas exemplis illustrantem audivi. *Exper. POHLIVM* botanicam et anatomicam docentem, priuatasque disputationes instituente[m] secutus sum. Ab *Excell. HAASIO* humanorum cadauerum dissectandorum artem, usumque et structuram singularum humani corporis partium accepi, Eiusque examinibus super his doctrinis institutis interfui. *Excell. GEHLERVS* in physiologia atque obstetricia arte addiscenda mihi praeiuit. *Excell. KRAVSIO* chirurgiae, pathologiae, therapiae et clinicae medicinae cognitionem debeo, qui praeterea potiora medicae praxeos momenta examinan-

minando repetiit. Excell. *BOSIVM* de physiologia, anatomia et chirurgia differentem audiui, Isque mihi copiam priuatas disputationes instituendi, humana cadauera dissecandi, chirurgicas operationes a Clar. *HEBENSTREITIO* institutas contemplandi, nosodochiumque adeundi lubentissime fecit. Societatis disputatoriae sub praesidio Excell. *POHLII*, Grauissimi Ordinis Medici Senioris, florentis sodalis sui. A Magni, *PLAZIO*, Ordinis Medici Decano Maxime Spectabili, clinicam praxin, medicinae historiam, artemque super medicis argumentis disputandi accepi. Ceterum Excellentissimi Viri, *HEBENSTREITIVS* atque *LEONHARDI* Sen. copiam aegros visendi beneuole mihi dederunt, consiliisque me lubentissime adiuarunt.

Quemadmodum vero pro hac celeberrimorum meorum Praeceptorum fida et sincera institutione, aliisque multis beneuolentiae singularis specimenibus, quibus me ab eo statim tempore, quo Ipsis innotescere mihi contigerat, velut cumulauerunt, gratissimam meam mentem demonstrare semper fui annisus; ita quoque in posterum horum beneficiorum mihi tributorum me nunquam obliturum, sed summa cum animi voluptate semper recordaturum esse, sanctissime spondeo.

Iam vero, quae reliquae fuerint academicae meae vitae vicissitudines, pauca enarrandum est. Ac primum quidem Sacras *HVIBNERI* Historias ex latino in graecum idioma verti; Viris Clarissimis *LVTHERRITZIO*, *GERDESSENIO* et *GERISCHERO*, cum ad summum in medicina gradum ascenderent, nomine sodalium *Bosiani* Disputatorii et *Krausiani* Examinatorii gratulatoriis scriptiunculis vota feci, quarum prima *GALENVM* aduersus *VESALIVM* defendit, altera aëris vim ad sanguinis circulationem iuuandam disquirat, tertia vero de medicis cinnabaris viribus disputat. Mensis Iunii huius anni vicefimo septimo die, cum theoreticum examen esset peractum, Baccalaurei honores tuli, quibus vt omni ex parte vt mihi liceret, paulo post quatuor solemnibus diebus consuetas pro Licentia lectiones: de quibusdam malignis febribus Graeciae incolis epidemicis recitavi. Die tandem Augusti vicefimo sexto alterum examen, quod rigorosum dici consuevit, coram Gratioso Medicorum Collegio susinui.

In hoc examine, veluti in priore, ita Recte stetit, vt summorum honorum capiendorum causa, veniam nancisceretur, suam de Febre λοιμική Graecis epidemica conscriptam Dissertationem

XVIII

tionem Praefide Excell. BOSIO, Collega coniunctissimo publice propugnandi.

Post haec omnia rite peracta, ego quoque, quae mei sunt officii, peragam, atque Candidatum nostrum, in honores ipsi decretos, solenni more inaugurabo, plenam ipsi, pro ea, qua clementissime atque legitime instructus sum, *Procancellarii* autoritate, daturus Licentiam, summum Doctoris in arte medica gradum capiendi. Quod, dum proximo *Veneris* die, XXV. *Sept.* facturus sum, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILLUSTRISSIMOS, GRAVISSIMOS VTRIVSQVE REIPUBLICAE PROCESSES, nec non GENEROSISSIMOS ATQVE NOBILISSIMOS VNIVERSITATIS NOSTRAE LITERARIAE CIVES, obseruantissimis atque humanissimis rogatos cupio precibus, vt honorifica atque frequente sua praesentia solennitatem hanc ornare, atque me, senem, et Doctorem semifecularem, mortis memorem, *de morte non extimescenda*, breui sermone dicturum, beneuola audientia dignari haud grauentur; cuius beneficii, Ordini meo mihiqve tributi, perpetuam iucundissimamque nobis fore memoriam, meque ad publicas grates, eapropter obstrictissima mente referendas excitatum iri, antiqua fide spondeo.

P. P. Dominica XIV. post Trinit. Festum, A. R. G.  
MDCCLXXVIII.

L I P S I A E

EX OFFICINA SOMMERIA.

Yc 6769



Sb.

Retror ✓ 9.1.01

N.C.

W 77





ORDINIS MEDICORVM  
IN VNIVERSITATE LIPSICA

H. T.

PROCANCELLARIVS  
D. ANTONIVS GVILIELMVVS PLAZ

1778

THERAP. P. P. O. FACVLT. MED. DECANVS ACAD.  
ET NATION. SAXON. SENIOR, DECEMVIR, MAIOR.  
PRINCIP. COLL. COLLEGA, ACAD. IMPERIAL.

NATVR. CVRIOS. SOCIVS

PANEGYRIN MEDICAM

AD. D. XXV. SEPT. A. R. G. MDCCLXXVIII.

INDICIT

DECANORVM

FACVLTATIS MEDICAE LIPSICAE

SERIES CONTINVATA.

31

